



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXVIII. Martii. B. Haimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

BHAIMO, natione Germanus, Bo. Alcuini discipulus, ac primùm Fulden. sis Cenobij Monachus, vir sanctitate, & eruditione insignis, magnitudine & præcellentis ingenij gloriâ, inde ad Hirsfeldiam vicinam evocatus; ubi & virtutis & pietatis cum doctrinâ exuberâtis opinione, ad sapientiæ fastigium euectus, lucubrationum ingenti mole consurgens altius, cùm Scripturæ propè vniuersæ arcana commentariis ambiret, ad Halberstadiensis Ecclesiæ gubernacula venit, quæ annis XIII. summa integratîs & sanctimoniæ famâ, feliciter tertius in Episcoporum ordine tractauit. Quin & Hrabanus eum honorificè compellans, æqualem suum libenter agnoscit. Ceterum, et si constanter Trithemius passim, HAIMONEM hunc Abbatem Hersfeldiæ fuisse vult, eum tamen nec Lambertus hoc tempore recipit, nec probat historia publica; siquidem ab anno DCCCXL. usq; ad annum DCCCXLVI. Brunonem sedisse restatur, quâ tamen annorum intercapidine HAIMO factus Episcopus. Rectius igitur M S. Chronicon: *Anno Domini DCCCXL. Heimo Hersfeldensis Ecclesiæ Monachus tertius Episcopus Halberstad. à Ludouico filio Pj. Luduici mittitur: & anno XIII. sua ordinationis VI. Kalen. Aprilis obiit, & Halberstad. sepelitur, in cuius locum Hildigrin Episcopus est ordinatus.* Compositus idem sanctus Praeful in omnes libros virtusq; Testamenti commentarios pietate, breuitate, dictionis simplicitate, ac perspicuitate laudandos, in quibus quæ à veteribus Interpretibus vel erant scripta doctis, vel apud populum dicta fusi, in compendium rededit adeò perspicuâ, & lucidâ breuitate, vt & ab occupatis paruo temporis dispendio legi, & à simplicibus, leviterq; literatis facillimè intelligi possint. Versatus est autem sémè semper in allegoricis, & anagogicis sensibus: quos velut spiritualis apicala, ex omnium antiquorum hortis, ac pratis florentibus decerpit, quo legentibus esset parata saluberima mellis copia. Ex

z. p. Cirne Lucide.

B. HAL



S. HAIMO EPISC. HALBERSTAD. E.D.

ORD. S. BEN.

Exposuit quicquid sacri scripsere Prophet.
HAIMO sacerorum gloria Pontificum.

Januarius
et al. 1511
B. 1. 1. 1.

III
1511

AI.

M. 1. 2.

G. 2.

I. APRIL.